



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Puer à graui infirmitate euadit immunis, vbi ad B. V. deuote recurrit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

*TRES PERSONAE MIRACULOSE
admodum à tumore, morte & carceris mole-
stia liberantur Beatae virginis
ope.*

CAP. V. L.

Filia Ioannis & Ioannæ à Brabantia à tu-
more euasit libera, simulatque eius no-
mine B. Virgini Camberonensi votum est e-
missum. Hoc eodem medio, diuinoque reme-
dio vitæ restitutus ac postea baptisatus est pu-
er qui dam à Melina expers vitæ in mundum
editus. Mulier insuper ex sancto Dionisio in
Blokerae territorio intra carceris densissimas
tenebras interclusa, seipsam gloriosæ Virgi-
nis, cuius honor & gloria est apud Camberon-
nam, piæ ac fideli tutelæ fideliter commisit,
& tanta cum deuotione petijt ab ea illumina-
ri, vt eadem nocte trinam traditionem fulgi-
dam intra carceris ambitum lata exceperit.

*PVER A GRAVI INFIRMITATE
euadit immunis, ubi ad B. virginem deuotè
recurrit.*

CAP. LI.

Ioannis Parcensis filius à Lombiso in gra-
uem incidit infirmitatem, & ita quidem a-
liquando territabatur, vt necessarium
foret eum vi comprimere. Tandem puer,
yo vca

vt verisimile est, pia inspiratione instigatus ac lumine diuino irradiatus (nam à nemine cōpulsus supra lectum in genua proruit in cōspectu eorum qui aderant) omni cum deuotionis affectu gloriosam Virginem Camberonensem exorauit, quatenus ei sanitatem restituere dignaretur, & in tanti beneficii gratam memoriam totis viribus ei per totam vitam dignum præstaret obsequium. Exaudita fuit supplicatio eius ad Virginem precatio, & quod petebat sine mora perfectè adimpletum est.

PVER IN AQUAS PROLAPSUS E-
uidens aquarum periculum euadit incolumis
Beate virgini per parentes com-
mendatus.

CAPVT LII.

ANNO 1418. Aprilis die 27. Ioannes Valineus Nicolai Valinei filius Brulignæ agens vice quadam piscatores in fluuium retia mittentes ad capiendum pisces conspexit: ab illo autem tempore cum idem facere attentaret (mediante baculo suo adunco) quod antea fecerant piscatores hamis suis mediantibus, in præaltum fluuium miserè lapsus est, & ad aquarum decursum raptus per spacium sex mensurarum terræ & ultra. continquè clamoribus filiulam quandam sibi

K 6 comi-